In fine: Praeclariſſimum hoc de francorum geſtis compendium multis notatu digniſſimorum additionibus librique unius acceſſione locupletatum: & non ſegni accuratione a mendis terſum. *Impreſſit rurſus diligens ac peritus chalcographus Anthonius bonnemere in inclyto Pariſiorum gymnaſio in vico divi Johannis beluacenſis. Anno domini Milleſimo quingenteſimo decimoquarto die vero XIII. Julii. Inſigne typogr. Jehan Frellon.* 8.

Thott VII. p. 267. Collectio noſtra. Editio repetita huius anni, parum cognita, rariſſima.

748. Les excellentes, magnifiques et triomphantes Chroniques du très vertueux Prince Judas Machabeus, un des Neuf Preux, très vaillant Juif, & auſſi de

de ſes quatre freres, Jehan, Symon, Eleazar & Jonathas, tranſlatées de latin en françois, par Maître Charles de Saint Gelais. *Paris pour Antoine Bonnemere, au mois d'Auuſt* 1514. *fol.*

de la Vall. II. p. 625.

749. PAULI VENETI Summa Philoſophiae Naturalis una cum textu Argyropili in omnes libros naturalis philoſophiae Ariſtotelis. *Pariſiis per Thomam Kees MDXIIII. fol.*

Thott VII. p. 47.

750. THOMAE RADINI THODISCI *Ord. Praedic.* Sideralis Abyſſus (in laudem Thomae Aquinatis). *Lutetiae per Thomam Kees MDXIIII.* 4. *c. figg.*

Thott VII. p. 172. *Quetif l. c. II. p.* 74.

751. PETRI DE PALLUDE, *Ordinis Praedic. Patriarchae Jeroſolymitani* ſcriptum in tertium librum ſententiarum. *Pariſiis per Claudium Chevallon MDXIIII. fol.*

Bibl. Teller. p. 39.

752. PETRI FABRI DE NOVIMAGIO *Ordin. Praedic.* Tertia Pars Summae S. Thomae et Supplementum ex eiusdem ſcripto in quartum Sententiarum. *Pariſiis per Claudium Chevallon MDXIIII.* 8.

Quetif l. c. II. p. 65.

753. Fr. AMADEI MEIGRET *Ord. Praedic.* Quaeſtiones de coelo et mundo, ſive Commentarii in Libros ARISTOTELIS de coelo et mundo. *Pariſiis per J. a Prato MDXIV. fol.*

Quetif l. c. II. p. 58.

754. Fr. ANDREAE DE NOVO CASTRO, *Ordinis Minor.* Quaeſtiones in primum Sententiarum. *Pariſiis per Joann. Granjon MDXIV. fol.*

Bibl. Teller. p. 38.

755. Les Triumphes de Meſſire FRANÇOIS PETRARQUE tranſlatez de langaige tuſcan en François. *Paris par Barthelemy Verard* 1514. *fol. cum figg.*

de la Vall. II. p. 504.

756. Compendium aureum de unione beneficiorum PETRI DE PERUSIO. *Pariſiis per Joann. de la Garde* 1514. 8.

Bolong. Crev. II. p. 10. *Bibl. Teller p.* 201.

757. B. NECTARII *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani* Oratio una. Et B. JOANNIS CHRYSOSTOMI Orationes ſex graece et latine à Joach. Perionio. *Pariſiis per Carol. Guillard* 1514. 8.

Bibl. Teller. p. 29.

758. Biblia latina cum concordantiis et ſummariis. *Pariſiis per Thielm. Kerver. MDXIIII.* 8.

Maitt. II. p. 252. *Maſch. Bibl. ſacr. III. p.* 148.

759. Les grandes Chroniques de Bretaigne, parlant des tres-pieux, nobles et très-belliqueuz Roys, Ducs, Princes, Barons et autres Gens nobles, tant de la grande Bretaigne, dite à preſent Angleterre, et de celle à préſent érrigée en

 Duché;

Duché; et auſſi depuis la conquéte de Conan Meriadec, Breton, qui pour lors, étoit appellé le Royaume Armorique, jusqu' au tems et trépas de François, Duc de Bretaigne, dernier trepaſſé (par ALAIN BOUCHARD). *Pariſiis MDXIV. fol.*

Clem. V. p. 143. Menſelii Bibl. Hiſtoric. Vol. IX. P. II. p. 308. Prodiit Chronicon hoc prima vice hoc anno ſine autoris nomine.

760. HENRICI DE FRIMARIA *Ord. Praedic.* de quatuor inſtinctibus divino, angelico, diabolico, mundano. *Pariſiis MDXIIII.* 8.

Oſſinger l. c. p. 952.

761. Vor Froe Tider. *Sat i Pariſ.* och corrigeret aff Chriſtiern Paederſen Cannick i Lund 1514. 8.

Thott VII. p. 244.

762. Tidebog. *Paris* 1514. 8.

Thott VII. p. 244.

763. HENRICI DE FRIMARIA *Ordin. Praedic.* Paſſio Domini noſtri litteraliter et moraliter explanata. *Pariſiis* 1514. 4.

Oſſinger l. c. p. 953.

764. BIRGERI *Archiepiſcopi Lundenſis* Statuta Provincialia et Statuta Synodalia. Caſus Epiſcopales. Caſus Papales. Excommunicationes contra raptores, praedones et rerum eccleſiaſticarum invaſores. Interrogationes in Confeſſione facienda. *Pariſiis MDXIIII.* 8.

Thott VII. p. 253.

765. Acutiſſimae quaeſtiones et quidem perutiles in ſingulos ARISTOTELIS logicales libros. Item in D. THOMAE DE AQUINO opuſculum de ente et eſſentia magiſtri PETRI DE BRUXELLIS ſacri Praedicatorum ordinis D. Thomae doctrinae interpretis & propugnatoris acerrimi. *Pariſiis* 1514. *fol.*

Quetif II. p. 29.

766. JOANNIS GERSON Opera omnia. *Pariſiis MDXIV. fol.*

Clem. IX. p. 141.

767. AUGUSTINI DATHI Orationes, cuius liber primus continet laudes artium humanarum; ſecundus Orationes Sanctorum commendatitias; tertius laudatitias Reip. Orationes etc. *Pariſiis MDXIV.* 4.

Catal. Pinell. II. p. 193. Bibl. Sarraz. II. p. 162.

768. MER DES HISTOIRES et Chroniques de France: Extrait en partis de tous les anciens Chroniqueurs qui ont excrit depuis la Creation du monde des faits et des geſtes des Francois et d'ou ils ſont deſcendus, iusqu' au temps de Francois I. *A Paris pour Galliot Du Pres, deux Volumes.* 1514 — 1516. *fol.*

Le Long. Biblioth. hiſt. p. 388. Menſelii Bibl. hiſt. Vol. VII. P. I. p. 15. Compilator huius operis audit Johannes Descourtils, hiſtoriographus Regis.

MDXV.

769. LEONIS *Pontificis Maximi* ſermones quam diligentiſſime nuperrime caſtigati et quantum anniti ars potuit fideliter impreſſi. *Venundantur Pariſiis in vico divi Jacobi*

Jacobi ſub Lilio aureo a Joanne parvo. In fine: Explicit preclarus et inſignis tractatus Leonis pape de conflictu vitiorum et virtutum una cum ſermonibus eiusdem. *Parrhiſiisque impreſſus in ſole aureo vici divi Jacobi per magiſtrum Bertholdum rembolt. Anno Dni. MCCCCCXV. die vero II. Martii.* 4.

Maſch. Beytr. p. 84. Thott VII. p. 126. Schoenem. l. c. II. p. 903.

770. Bonifacii de ceva, *Ordin. Minor.* viaticae excurſiones de nonnullis hominum vitiis. *Pariſiis per Bertholdum Rembolt MDXV.* 4.

Bibl. Teller. p. 58.

771. Joannis andreae Novella ſuper tit. de Regulis Juris. Item Brocardica iuris. *Pariſiis per Bertholdum Rembolt MDXV.* 8.

Bibl. Teller. p. 224.

772. Statuta Synodalia olim per Tullenſes Praeſules edita; et per Hugonem de Hazardis Epiſcopum innovata, reformata et aucta. *Pariſiis per Simon Voſtre MDXV.* 4.

Bibl. Teller. p. 166.

773. Missale Eccleſiae Traiectenſis. *Pariſiis impreſſore Wolfgango Hopylio MDXV. fol.*

Thott VII. p. 29.

774. Les Hiſtoires de tous les Ages du Monde, par P. Orose, translatées de latin en francois. *Paris chez Michel le Noir MDXV. fol.*

de la Vall. III. p. 54.

775. L'arbre des batailles, ou ſont traitées diverſes queſtions heroiques ſur le droit des armes, ſur le combats & duels, ſur la Nobleſſe & compoſé du tems de Charles V. Roi de France par Honore bonnor, Prieur de Salon. *A Paris chez Michel le Noir MDXV.* 4.

Clem. V. p. 80.

776. Les Geſtes Romaines translatées de latin en francois par Rob. gaguin. *A Paris par Michel le Noir MDXV. fol.*

Thott VII. p. 113.

777. Francisci philelphi Orationes cum quibusdam aliis eiusdem operibus. *Venundantur parrhiſiis Ab Dyoniſio Roce. Impreſſ. a Nicolao de Pratis MDXV. Kl. Novembris.* 4.

Catal. Pinell. II. p. 205. Bibl. Schw. iun.

778. Macrobius integer nitidus ſuoque decori à *Joanne Rivio* reſtitutus. Cum iudicio et amplo et veridico. *Venundantur à Jodoco Badio et Joanne Parvo. In fine*: Macrobii Aurelii viri conſularis et illuſtris ſaturnaliorum libri noviter recogniti infinitisque erroribus expurgati, *quam diligentiſſime nunc rurſum impreſſi accuratione Aſcenſiana. Ad Kalendas Februarias Calculo Romano MDXV. fol.*

Maitt. II. p. 272. Thott VII. p. 97. Baumgart. Hall. Bibl. II. p. 350.

779. Theologicarum Concluſionum Caroli bovilli *Samarobrini* Libri decem; quorum quinque primi neceſſaria dei nomina atque praedicata pertractant reli-

reſidui vero quinque divina contingentia nomina trutinantur. Primus eſt de eſſe dei — Decimus de divino iudicio. *Vaenundantur à Badio. In fine:* Theologicarum Concluſionum — finis. Aeditae ſunt in Carolopontino vico in aedibus — Caroli de Genlis Noviodunenſis epiſcopi. *Anno humanae ſalutis M.D.XIII. octava et vigeſima die Septembris — Impreſſae ſunt in aedibus Aſcenſianis. Idibus Junii M.D.XV. fol.*
Clem. V. p. 158. *Bibl. P. Nor.*

780. Prisciani *Caeſarienſis* Grammaticorum facile principis quae ad grammaticalem eruditionem praecipue conducunt inſtitutiones, multa vigilantia recognitae cum indice ſeu repertorio litterario. *Parrhiſiis apud Badium Anno MDXV. XVII. Cal. Jun. fol.*
Gesner l. c. p. 58.

781. Philippi beroaldi Orationes: praelectiones: praefationes et quaedam mythicae hiſtoriae. *Pariſiis in aedibus Aſcenſianis IX. Cal. Aug. MDXV.* 4.
Gesner l. c. p. 58. *Gras Merckw. p.* 23. *de la Vall. II. p.* 692.

782. Petri legiste *Laglandici* Parabole ſententioſe et argumentoſe cum familiari explanatione tam dacica quam latina. *Impreſſa in aedibus Aſcenſianis anno ſalutis humanae MDXV. ad nonas Martias. Deo ſint gratiae.* 4.
Gesner l. c. p. 59. *Thott VII. p.* 218.

783. Joannis annii viterbiensis Antiquitatum Volumina XVII. *Venundantur ab Joanne Parvo et Jodoco Badio: impreſſae rurſus opera Aſcenſiana. Pariſiis ad X. Kalend. Octobris MDXV. fol.*
Maitt. II. p. 266. *Clem. I. p.* 353. *Thott VII. p.* 108.

784. Commentariorum urbanorum Raphaelis maffaei volaterrani XXXVIII. Libri. Item Oeconomicus Xenophontis ab eodem latinitate donatus. *Parrhiſius apud Joann. Parvum et Jodocum Badium Aſcenſium MDXV. fol.*
Bibl. Chriſt. II. p. 634. *Bibl. Roloff. p.* 185.

785. Panegyricus Joann. baptistae egnatii in Franciſci I. de Helvetiis victoriam: Emiſſus primum ex aedibus Minutianis Mediolani MDXV. pridie Kal. Dec. *et rurſus in Parhiſiorum clariſſima Academia ad X. Cal. Febr. mox ſubſecutas ex aedibus Aſcenſii (MDXV.)* 4.
Maitt. II. p. 268.

786. Raimundi lulli in Rhetoricen Iſagoge. *Pariſiis prelo Aſcenſiano M DXV.* 4.
Thott VII. p. 209.

787. Petri rosseti Laurentius. *Venundatur parhiſiis a Badio MDXV.* 4.
Bibl. Schw. iun.

788. Opera et opuſcula Virgiliana: *diligenter ab Aſcenſio repoſita et impreſſa ad Kalendas Novemb. MDXV. in Parrhiſiorum academia.* 8.
Maitt. Ind. II. p. 327. *Heynii Edit II. p. CIV.*

789. Sermones Ingenioſiſſimi ac ſctiſſimi patris Ephrem Ediſſenſe eccleſie dyaconi *Per fratrem Ambroſium Camaldulenſem* de greco in latinum Converſi. *Inſigne Jeban*

Jehan Petit. Venales reperiuntur in vico Sancti Jacobi Sub leone Argenteo. In fine: Impreſſit Guido Mercator Pro Joanne Parvo Anno domini Milleſimo Quingenteſimo quinto. Februarii die decima quarta. LAUS DEO. 4.

Bibl. Dilherr.

790. FLAVIUS VEGETIUS *Vir illuſtris* de Re militari. SEXTUS JULIUS FRONTINIS *Vir Conſularis* de re militari. AELIANUS de inſtruendis aciebus. MODESTI Libellus de vocabulis rei militaris. *Venundantur Pariſiis a Johanne Parvo in vico Sancti Jacobi Sub Lilio aureo. In fine: Pro Joanne Petit Librario univerſitatis Pariſienſis die VIII. Junii MDXV.* 4.

Maitt. Ind. II. p. 72. Goetzii Merckw. II. p. 37. Gras Merckw. p. 243.

791. Epitome, alias compendium theologice veritatis. *In fine:* Finitur Epithome ſeu compendium theologie *(ſic)* veritatis *diligentiſſime impreſſum. Parrhiſiis ad inſtantiam Johannis Petit librarii Univerſitatis Parrhiſien. XXIIII. Julii. Anno ſalutis CCCCCXV. ſupra milleſimum.* 12.

Maitt. Ind. II. p. 284. Gesner l. c. p. 63.

792. JOANNES GERSON, *Cancellarius Pariſienſ.* de Imitatione Chriſti & de contemptu omnium vanitatum mundi. *Pariſiis pro Johanne Parvo anno milleſimo quingenteſimo decimo quinto, die vero quinto Octobris.* 8.

Maitt. Ind. I. p. 437. Bibl. Teller. p. 99.

793. M. T. CICERONIS Epiſtolae ad familiares cum Badii interpretationibus. *Pariſiis in aedibus Joannis Parvi impreſſ. per Nicolaum de Pratis MDXV.* 8.

Maitt. Ind. I. p. 280.

794. EVANGELIA quatuor & APOCALYPSIS latine. *Pariſiis apud Joannem Petit MDXV.* 12.

Maitt. II. p. 262. Maſch. Bibl. Sacr. III. p. 387.

795. Textus Sphaerae JOHANNIS DE SACRO BOSCO cum additionibus Petri Tiruelli *impenſis Johannis Petit commorante (ſic) in vico divi Jacobi ad interſignium Lilii aurei MDXV. In menſe Auguſti. fol.*

Maitt. II. p. 265. ſq.

796. Theoricarum Textus GEORGII PURBACHII cum utili ac preclariſſima expoſitione Domini Franciſci Capuani De Manfredonia. Item in eaſdem — Sylveſtri De Prierio perfamiliaris commentatio. Inſuper JACOBI FABRI Stapulen. aſtronomicon. Omnia nuper ſumma diligentia emendata cum figuris accommodatiſſimis longe caſtigatius inſculptis quam prius ſuis locis adiectis. *Inſigne Jehan Petit. Venundatur hoc opus Parrhiſiis ubi noviter impreſſum in vico divi Jacobi ſub Lilio aureo. In fine:* Abſolutum eſt hoc inſigne — opus — *in alma Parrhiſiorum Academia (ſed nusquam antea) ſolertia: et characteribus Michaelis Leſolencher, artis formularie induſtrii opificis, Sumptibus vero honeſtorum Bibliopolarum Johannis Parvi et Reginaldi Chauderon (apud quos venales habentur) Anno Chriſti omnium Redemptoris* 1515. *Sole Capricornii* 19. *gradum occupante. Marceſſit ſine adverſario virtus. Laus Jeſu. fol.*

Schreibler. Aſtron. Bibliogr. p. 80.

797. Durandi de sancto porciano *Ord. Praed.* Commentar. in quatuor libros Sententiarum. *Pariſiis pro Joanne Petit* 1515. *fol.*
Quetif l. c. I. p. 587.

798. Joannis raulin Opus Sermonum Quadrageſimalium. *Pariſiis expenſis Joannis Parvi MDXV.* 4.
Thott VII. p. 137.

799. In hoc Codri volumine hec continentur. Orationes ſeu ſermones ut ipſe appellabat. Epiſtole. Sylve. Satyre. Egloge. Epigrammata. *Venundantur Pariſiis a Joanne Parvo in vico ſancti Jacobi ſub lilio aureo. In fine: Impreſſus Parrhiſiis in Sole aureo vici divi Jacobi pro Johanne parvo librario iurato. Anno milleſimo quingenteſimo quindecimo, die vero III. Auguſti.* 4.
Clem. VII. p. 216. *Thott VII. p.* 210.

800. S. Pauli Epiſtolae XIV. ex Vulgata editione, adiecta intelligentia ex Graeco cum commentariis Jacobi fabri stapulensis. *In fine:* Hoc opus illuſtratore Chriſto qui lucet ubique etſi non capitur: *abſolutum fuit in coenobio ſancti Germani iuxta Pariſios Anno Chriſti vitae Authoris Quingenteſimo et Duodecimo ſupra milleſimum et eodem anno circa natalem dominicae de puriſſima virgine nativitatis diem. Ex officina Henrici Stephani emiſſum. Deinde Anno M. D. XV. Sequitur* Linus Epiſcopus de paſſione Petri et Pauli ex graeco in latinum converſa. fol.
Maitt. II. p. 263. *Maſch. Bibl. ſacr. IV. p.* 627. *Thott VII. p.* 33. *Gesner l. c. p.* 58. *Bibl. Dilherr.*

801. Theologia vivificans, cibus ſolidus; D. Dionysii areopagitae Coeleſtis Hierarchia, Eccleſiaſtica Hierarchia, Divina nomina; myſtica Theologia undecim Epiſtolae, interprete Ambroſio Monacho Camaldulenſi, cum ſcholiis *Fabri;* et *Clichtovei* ad litteram commentario; Ignatii undecim Epiſtolae; Polycarpi Epiſtola una; Latine; *haec ſecundaria et caſtigiſſima aemiſſio: per Henricum Stephanum artis formulariae peritum et ſedulum Opificem e regione Scholae decretorum habitantem, Anno MDXV. Die menſis Aprilis decima quarta* (Dicavit editionem hanc Clichtoveus Guillelmo Briconneto Epiſcopo Lodovenſi.) fol.
Maitt. II. p. 263. *Bibl. P. Nor.*

802. Alani varenii *Montalbani* Homiliae XV. in Canticum Canticorum; Homiliae breves XLVIII. in aliquot Pſalmos Davidicos; Sermones V. panegyrici in Sanctam Mariam. *Pariſiis in officina Henrici Stephani e regione Scholae Decretorum MDXV. XII. Calendas Junii.* 4.
Maitt. Ind. I. p. 17. *Editio anni* 1516. *quam affert idem II. p.* 278. *apocrypha eſt.*

803. Aristotelis opus Metaphyſicum *Beſſarione interprete* XIIII. libris diſtinctum cum Argyropoli in XII. primos interpretamento; item Theophrasti Metaphyſicorum liber unus; item Metaphyſica introductio quatuor dialogorum libris elucidata, authore Jac. fabro Stapulenſi. *Venale opus apud Henricum Stephanum e regione Scholae Decretorum; ex cuius officina prodiit Anno Chriſti M. D. XV. Viceſima die menſis Octobris. fol.*
Maitt. II. p. 265. *Ind. I. p.* 77.

804.

804. Politicorum Aristotelis Libri octo; Economicorum duo; Latine: *Venalia habentur, ubi et eadem commentariis illuſtrata ſecundo in lucem emiſſa fuere, in officina Henrici Stephani inſignis chalcographi e regione Scholae Decretorum* 1515. *quinto nonas Martii.* 8.

Maitt. Ind. I. p. 80.

805. Officium diurnum Sanctimonialium iuxta uſum Fontis Ebraldi elimatum. *Pariſiis apud Henricum Stephanum MDXV.* 4.

Maitt. II. p. 264. *Bibl. Teller p.* 188.

806. Officia quotidiana ſeu horae b. Mariae virginis brevi pulcherrimoque ſtilo atque ordine compoſita, ſecundum uſum romanae eccleſiae, cum plurimis memoriis et devotiſſimis orationibus illis annexis. *Impreſſit Pariſiis Thielmannus Kerver almae Univerſitatis Pariſienſ. librarius iuratus in magno vico S. Jac. ad ſignum cratis commorans MDXV. die XXVII. Octobris.* 8.

Hirſch. Millen. II. p. 9.

807. Opera Virgiliana cum Commentario Servii, Donati, Mancinelli, Probi, Auguſtini Dathi et Domitii Calderini, itemque Jodoci Badii Aſcenſii. *Impreſſ. Pariſiis per Franciſcum Regnault MDXV. fol.*

Heyn. Edit. II. p. CIV.

808. Roberti holkot ſeu Thomae gualesii Explanationes in Proverbia Salomonis. *Pariſiis expenſis Franciſci Regnault MDXV.* 4.

Thott VII. p. 129.

809. Nicolai de orbellis ſuper ſententias compendium ſingulare. *Impreſſioni commendatum Pariſiis impenſis Franciſci Regnault MDXV.* 8.

Gesner l. c. p. 63.

810. M. T. Ciceronis Epiſtolae ad Familiares cum notis Aſcenſianis. *Venundantur in aedibus Joannis Parvi. Pariſiis impreſſ. per Nicolaum de Pratis MDXV.* 8.

Maitt. II. p. 267.

811. Aulus gellius, accuratione Joannis Connelli ad recognitionem Beroaldinam repoſitus. *Pariſiis in aedibus Nicolai de Pratis MDXV.* 4.

Thott VII. p. 191.

812. Francisci philelphi Orationes. *Pariſiis per Nicolaum de Pratis MDXV.* 4.

Thott VII. p. 209.

813. La Mer des Chroniques, et Mirouer hiſtorial de France, lequel traite de la ſource origine des Francois, et des faits belliqueux de tous les Roys de France, traduit en François par *Pierre Desrey de Troyes*, continuées jusqu'en 1514. *A Paris pour Galliot du Pre MDXV. fol.*

Le Long. l. c. p. 386. *Meuſelii Bibl. hiſt. Vol. VII. P. I. p.* 15.

814. Stilus ſupremae Curiae Parlamenti. Ordinationes Philippi Regis. Textus pragmaticae Sanctionis. Regulae Cancellariae Romanae. *Pariſiis ſumptibus Galeoti du Pré MDXV.* 4.

Thott VII. p. 184. *Bibl. Teller p.* 221.

815. Vie et geſtes du preux et vaillant chevalier Bayart, Dauphinois par CHAMPIER. *Paris, Bonfons* 1515. 4.
Hennings l. c. p. 530.

816. Libri Autenticorum. Tres libri Codicis. Liber de Feudis &c. *Pariſiis per Andream Boucardum MDXV. ad Nonas Octobris.* 4.
Bibl. Schw. iun.

817. ANTONII DE PERMA *Ord. Praedic.* Sermones recogniti per Jo. Lancelli & Jo. Nocart. *Pariſiis cura Reginaldi Chaudier MDXV.* 8.
Thott VII. p. 240.

818. HEURES à l'Uſage de Paris hiſtoriées. *Paris per Nicolas Vivian* 1515. 4.
Thott VII. p. 143.

819. Arithmetica ſpeculativa magiſtri GASPARIS LAX *Aragonenſis de ſaringena* duodecim libris demonſtrata. *Venundantur Pariſiis, — ab Emudo le fevre ſub ſigno creſcentis albi vitam degente. In fine: Impreſſa Pariſiis opera ac characteribus Magiſtri Nicolai de la Barre — Anno Domini* 1515. *die vero* 15 *menſis Decembris. fol.*
Bibl. Schw. iun.

820. Proportiones magiſtri GASPARIS LAX. *Aragonenſis — Venundantur Pariſius in vico divi Jacobi ab Emundo le fevre — In fine: Impreſſa Pariſius opera Magiſtri Nicolai de la Barre pro Emundo le fevre. Anno dni MDXV. die vero VI. menſis Octobris. fol.*
Bibl. Schw. iun.

821. In S. Mariam, panegyrici Sermones quinque, auctore ALANO VARENIO. *Pariſiis MDXV.* 4.
Bibl. Teller. p. 10.

822. DIVI AURELII AUGUSTINI Opera (iuxta Amerbachianam deſcripta) Tom. IX. *Pariſiis* 1515. *fol.*
Schoenemann l. c. II. p. 86.

823. Les Croniques de France par ROBERT GAGUIN traduitis en Francois et continuées jusqu' en 1514. par Pierre Desrey. *Impr. à Paris* 1515. *fol.*
Clem. IX. p. 16.

824. Les Illuſtrations de Gaule et ſingularités de Troyes — par JEAN LE MAIRE de Belges — *à Paris* 1515. 4.
Le Long. Bibl. hiſt. p. 324. *Meuſelii Bibl. hiſt. Vol. VII. P. I. p.* 335.

825. FR. CAPUANI Commentarius in theoricas Planetarum Purbachii cum ſphaera JOANN. DE SACRO BOSCO. *Pariſiis MDXV. fol.*
Hennings l. c. p. 553.

826. DECRETA Synodalia, cum Baculo Curatorum collecta et explicata à Joanne Randino. *Pariſiis MDXV.* 4.
Bibl. Teller. p. 166.

827. Roſella caſuum conſcientiae per BAPTISTAM TROVAMALAM *Ordinis Minorum. Pariſiis MDXV.* 8.
Bibl. Tell. p. 96.

828.

828. Caroli fernandi Speculum diſciplinae monaſticae in IV. Libb. *Pariſiis MDXV. fol.*
Bibl. P. Nor.

829. Aegidii de roma *Ord. Praed.* de formatione corporis humani *editore Joann. Benedicto Munceto etc. Pariſiis* 1515. 4.
Offinger l. c. p. 243.

830. Summa, quae deſtructorium vitiorum appellatur contra errores & vitam Cleri &c. *Pariſiis MDXV. fol.*
Hennings l. c. p. 51.

831. Alle Epiſtler oc Evangelia ſom leſiſs alle Söndage om aared ſammelediſs Juledag, Paaſke dagh, Pingetz dag meth deriſs udtydning oc gloſe, oc et Jettegen till huer dag, mz flere Artikle, ſom alle Menniſke nyttelige ere. *Paris* 1515. *fol.*
Clem. IV. p. 74.

832. La nef des Dames vertueuſes par Champier. *à Paris* 1515. 4.
Bauer l. c. V. p. 295.

833. La Deſcription de tous les paſſages, par lesquels on peut entrer des Gaules en Italie, et ſignamment par ou paſſerent Hannibal et Jules Ceſar, et les Rois de France, Charlemagne, Charles VIII. Louis XII. et Francois I. Par Jacques signot. *A Paris* 1515. 4.
Meuſelii Bibl. Hiſt. Vol. VI. P. II. p. 159.

MDXVI.

834. Corpus juris civilis, *quinque Voluminibus. Vol. I.* Codicis Juſtiniani Pandectae cum gloſſis. Justiniani liber correctus in lucem editus a Bertholdo cum Digeſtorum Voluminibus, *Parrhiſiis in Sole aureo. In fine: Impreſſ. Pariſius per Bertholdum Rembolt Argentinenſem, expenſis ipſius ſociorumque eius, videlicet Thielmanni Kerver librarii iurati Pariſienſis et Franciſci Birckmanni librarii iurati Colonienſis Anno* 1515. *Kal. Februar.* Vol. II. Digesti veteris copioſum argumentum. *Impreſſum ibidem apud eosdem Anno milleſimo quingenteſimo XV. tertia Julii.* Vol. III. Infortiati ampliſſimum argumentum. *In fine: Pariſius per Bertboldum Rembolt, Anno milleſimo quingenteſimo quindecimo, penultima Novembris.* Vol. IV. Digestum novum — Iſte liber ſumme ſingularis *Recenter impreſſus a Bertholdo. Ab eo exponitur vendlis Pariſiis in ſole aureo. In fine: Anno milleſimo quingenteſimo decimo ſexto die XVIII. Aprilis, Pariſius in Sole aureo vici divi Jacobi Rembolt.* Vol. V. Volumen cum Approbationibus et reprobationibus gloſſarum — Multis annotationibus in margine notatis. *In fine: Pariſius, apud Bertboldum Rembolt, Anno milleſimo quingenteſimo XVI. die vero XXX. Junii. fol.*
Maitt. II. p. 279.

835. Opus Sermonum de Adventu, Johannis raulini *artium ac ſacre theologie in Pariſienſi Academia quondam Profeſſoris, ſicut ſol in firmamento celi, ſic in cele-*

bratiſſime: ordine Cluniacenſi ſuis temporibus refulgentiſſimi. Impreſſ. Pariſius anno Dni milleſimo quingenteſimo decimo ſexto. VIII. vero die menſis Novembris per Magiſtrum Bertoldum Rembolt; opera et expenſis Joannis Parvi bibliopole in alma univerſitate Pariſienſi Jurati; ad ſignum lilii aurei in vico Sancti Jacobi commorantis; et ibidem ſermones venundantur. 8.

Maitt. Ind. II. p. 197. ſq.

836. Tractatus Sacerdotalis utiliſſimus domini NICOLAI DE PLOVE: *decretorum doctoris capellanique eccleſie Poſonienſis:* de ſacramentis et divinis officiis; ſcilicet de expoſitione miſſe. De dicendis horis canonicis. De ſententia excommunicationis et ſuſpenſionis. De interdicto eccleſiaſtico. De irregularitate. Superadditum eſt in fine huius tractatus Confeſſionale beati THOMAE DE AQUINO. *Venundantur Pariſiis in ſole Aureo vici divi Jacobi. In fine ante et poſt Confeſſionale: Impreſſus Pariſius In ſole aureo vici divi Jacobi Per Magiſtrum Bertholdum de Rembolt Anno Domini Milleſimo quingenteſimo Decimoſexto, die vero XVII. menſis Decembris.* 4.

Maſch. Beytr. II. p. 88. Thott VII. p. 139. Geſner l. c. p. 66. Janociana II. p. 17.

837. GREGORII M. exceptionum opus ſuper novum teſtamentum ab *Alulpho* collectum — *preſſit Bertholdus Rembolt Pariſiis MDXVI. die XV. Januarii.* 4.

Thott VII. p. 126. Bibl. Schw. inn.

838. Praeclariſſima et inaeſtimabilis doctrinae atque utilitatis Divi AURELII AUGUSTINI Sermonum opera *nuper ſumma cura et diligentia Magiſtri Bertholdi Rembold Impreſſa: apud Impreſſorem ipſum ſub ſole aureo in via Jacobaea Pariſii: et in officinis Joannis Coberger ac Jodoci Badii venalia comperies* — cum tabulis &c. *In fine: Explicit Pariſiis in Edibus Magiſtri Bertholdi Rembolt Anno Domini Milleſimo quingenteſimo XVI. die vero XIX. Decembris. fol.*

Catal. Uffenb. P. II. App. p. 101. Thott VII. p. 12. Lambecher l. c. p. 118 Schoenemann l. c. II. p. 336.

839. OFFICIUM nocturnum Deo conſecratarum virginum obſervantium reformationem, Ord. Fontis-Ebraldi. *Pariſiis per Simon Voſtre MDXVI. fol.*

Bibl. Teller. p. 156.

840. PETRI PONTANI CECI *Brugenſis* Apologia in Literaedones, qui pleraque divini ſacrificii vocabula, et ſenſa perperam uſurpant et obſtinatis ſuis erroribus pertinaciter inhaerent. *Pariſiis per Dionyſium Roſcium MDXVI.* 4.

Bibl. Teller. p. 52.

841. M. FABII QUINTILIANI oratoriarum inſtitutionum Lib. XII. Una cum annotationibus Raphaelis Regii: Georgii Merulae: et Jodoci Badii Aſcenſii: in depravationes earundem — *Venundantur cum Gratia et privilegio: ab eodem Jodoco Badio Aſcenſio: et Joanne Parvo: Bibliopolis academiae Parrhiſienſis. In fine: In aedibus Aſcenſianis ad Idus Januarii. M. D. XVI. calculo Romano. fol.*

Maitt. II. p. 287. Meuſel. Magaz. III. p. 130. Bibl. Schw. inn. Thott VII. p. 98.

842. PETRI ROSSETI Laurentias ad Nicolaum Puteanum Bonamſpem utriusque Juris Profeſſorem; Eiusdem ROSSETI de S. Stephani martyrio ad Maximilianum

ſum Sphortiam Carmen. *Pariſiis in aedibus Aſcenſianis Ad Idus Martias MD XVI.* 4.

Maitt. II. p. 291. Bibl. Menck. I. p. 415. Bibl. Schw. iun.

843. F. AMBROSII CALEPINI *Bergomatis profeſſionis Eremitanae* Dictionarium Ex optimis quibusque authoribus ſtudioſe collectum: et rurſus auctum Et multo diligentius ab Aſcenſio repoſitum &c. *Inſigne Aſcenſ. Vaenundantur ab Jodoco Badio et Joanne Parvo. In fine: Impreſſum rurſus eſt* hoc egregium et ſane utile opus & large auctum ac mille locis rurſus emendatum: cum Graeci ſermonis accentibus & expoſitionibus *partim opera partim accuratione Aſcenſiana: in academia Pariſienſi. Anno ſalutis noſtrae M. D. XVI. ad Idus Februarias. fol.*

Collectio noſtra.

844. Panegyricus JO. BAPTISTAE EGNATII ad Franciſcum I. Francorum Regum. *Parrhiſiis ex aedibus Aſcenſii MDXVI. X. Kal. Febr.* 4.

Bolong. Crev. III. a. p. 184.

845. GRAMMATICI illuſtres XII. Muſarum charitumque numerum aequantes hac ſerie ſequuntur: praemiſſo tamen indice. DIOMEDIS bene repoſiti Lib. tres. Q. RHEMNII PALAEMONIS ars ſecunda. ASPRI Junioris Grammatici ars. AELII DONATI Grammatici Editio prior — SERVIUS HONORATUS — SERGIUS Grammaticus. PHOCAS de nomine et verbo. Idem de Aſpiratione. CAPER de Orthographia & latinitate. AGRAETIUS de orthographia et proprietate. PROBI Grammatici inſtitutiones artium. CORNELIUS FRONTO de vocum differentiis. Grammaticus alter de punctis et accentibus. *Inſigne Aſcenſ. Vaenundantur in aedibus Aſcenſianis. In fine: Impreſſa ſunt haec illuſtrium Grammaticorum opera in officina Aſcenſiana. Parrhiſiis Anno M. DXVI. Ad Nonas Julias. fol.*

Maitt. II. p. 294. Bibl. Schw. iun. Collectio noſtra.

846. PON. PAULINI *Epiſcopi Nolani virique ſanctiſſimi et longe doctiſſimi* Epiſtolae et poemata luculenta a tergo huius enumeranda. *In fine:* Finita ſunt haec opera divi Paulini — *accuratione et opera Jodoci Badii Aſcenſii octavo Kal. Martii. Anno ſalutis humane ad calculum Romanum MDXVI.* 8.

Maitt. Ind. II. p. 124. Schwenemann l. c. I. p. 656.

847. QUINTI HORATII FLACCI opera cum commentariis. Ode quidem: Carmen Epodon & ſaeculare: cum docta Antonii Mancinelli: et cum familiari Jodoci Badii Aſcenſii explanatione. Opus aureum de arte poetica cum eiusdem Aſcenſii commentariis: ac communi indice in fronte poſito. Sermones vero et epiſtolae cum familiariſſima eiuſdem expoſitione et indice poſt calcem collocato. *Vaenundantur Parrhiſiis in vico divi Jacobi ab ipſo Aſcenſio. In fine Partis primae: Impreſſa ſunt haec rurſus Q. Horatii Flacci opera Parrhiſiis apud Badium Anno ab humani generis reſtituta ſalute MDXVI. ad Calen. Junias. In fine Partis ſecundae: Impreſſum eſt tertium haec Horatiana poeſis accuratione ipſius Aſcenſii in nobiliſſimo parrhiſiorum gymnaſio: ad quartum Kalen. Julias. Anni huius M. D. XVI. fol.*

Editio tertia Aſcenſiana. Maitt. II. p. 289. Freyt. Adpar. II. p. 1352. Thott VII. p. 88.

848. Priſciani *Caeſarienſis* Inſtitutiones grammaticae: Adiectis nuper praetermiſſis — Maiore accuratione *in aedibus Aſcenſianis. Ad Idus Septemb. MDXVI. Vaenundantur ab Jodoco Badio Aſcenſio. fol. min.*

Schnitzer l. c. VI. p. 51. Bibl. Erneſt. p. 176.

849. Hadriani Florentii ſeu Hadriani *Quarti* Quaeſtiones in quartum Sententiarum librum. *Pariſiis apud Jodocum Badium Aſcenſium MDXVI. fol.*

Thott VII. p. 15. Bibl. P. Nor. Andreae Bibl. Belg. p. 20.

850. Titi Livii, Quae extant, Decades, ad decem diverſa exempla, acri iudicio repoſitae, Cum Indice literaria ſerie, etiam in Epitomen L. Flori, adiectis pluribus intermiſſis rurſus ab Aſcenſio collecto. Cum praenotamentis, regulis et omnium vocum conſtructionibus; Cum L. Flori Epitome recognita et Marci Antonii Sabellici annotationibus diligenter recognitis. Lodov. Hornken. *In fine: Ex aedibus Aſcenſianis longe accuratiore, quam pridem, vigilantia, collato videlicet exemplari cum decem venerandae vetuſtatis Codicibus — in illuſtri Parrhiſiorum Academia rurſus opera et accuratione Aſcenſiana A. R. H. MDXVI. ad non. Jun. fol.*

Catal. Bibl. Bünau. Vol. I. T. I. p. 296. Catal. Bünemann. p. 30. Bibl. P. Nor.

851. Epiſtolae S. Antonii Magni VII. cum explanationibus Symph. Champerii. Item Ignatii Antiocheni Epiſtolae XV. & aliorum. *Pariſiis typis Aſcenſianis MDXVI.* 4.

Bibl. Teller. p. 23.

852. Symphoriani Champerii Cribratio, Lima et Annotamenta in Galeni, Avicennae et Conſiliatoris (Petri Aponenſis) Opera. *Pariſiis in chalcographia Aſcenſiana MDXVI.* 8.

Bibl. Platner. p. 105.

853. Symphoriani Champerii Symphonia Platonis cum Ariſtotele, Galeni cum Hippocrate, Hippocratica philoſophiae eiusdem Platonica principia de duplici mundo cum ſcholiis, ſpeculum medic. Platonic. apologia literarum humanior. *Pariſiis apud Jodocum Badium MDXVI.* 8.

Hennings l. c. p. 532.

854. Ars epiſtolica Joannis Deſpauterii *Ninivite* ex Datho: Sulpitio: Nigro: Heraſmo: Badio: Bebelio: et ipſo Cicerone — Cui annecti poteſt Iſagoge orthographiae caſtigata ab eodem. *In fine: Finis per Badium Nonis Novemb. M. D. XVI. Sequuntur* Orthographie precepta. Joannis Deſpauterii. 4.

Thott VII. p. 213. Bibl. Dilherr.

855. Alberti de Saxonia ſuper Ariſtotel. de Coelo et Mundo Libri VI. cum Tractatu de Generatione et Corruptione et Meteoris. *Pariſiis apud Badium 1516. fol.*

Clem. I. p. 127.

856. Guil. Budaeus de Aſſe et partibus eius. *Pariſiis ex officina Aſcenſiana MDXVI. fol.*

Clem. V. p. 374. Thott. VII. p. 113. Hirſch. Millen. I. p. 9.

857.

857. D. Rochi *Narbonenſis* Vita. Item Allobrogicae narrationis libri duo, eodem auctore. *Pariſiis ex offic. Aſcenſ. MDXVI.* 4.
Bibl. Teller. p. 249.

858. Griphus Ausonii cum enodatione Franciſci Sylvii Ambianatis. *Pariſiis in aedibus Aſcenſianis MDXVI. Tertio Nonas Novemb.* 4.
Maitt. II. p. 289.

859. Epiſtolae Sanctiſſimorum immo et Sancti Sanctorum, collectae induſtria Symphoriani Champerii. *Pariſiis apud Aſcenſium MDXVI.* 4.
Thott VII. p. 123.

860. Polydorus Vergilius de Inventoribus rerum. *Pariſiis pro Johanne Parvo commorante in vico Divi Jacobi ſub Interſignio Lilii aurei MDXVI. die XIIII. menſis Julii.* 4.
Maitt. II. p. 287.

861. Oliverii Maillardi *Ordin. Minor.* Sermones Quadrageſimales. *Pariſiis opera Michaelis Leſclencher, impenſis Johannis Petit bibliopole Pariſienſ. impreſſ. Anno M. CCCCC. XVI. die XXV. Maij.* 8.
Maitt. Ind. II. p. 44. *Thott VII. p.* 240.

862. Oliverii Maillardi *Ordinis Min.* Sermones de Adventu declamati Pariſiis in Eccleſia S. Johannis in Gravia. *Pariſiis opera Michaelis Leſclencher* 1516. 8.
Weislinger l. c. p. 137.

863. Actus apostolorum. *Inſigne Jean Petit. Venduntur Pariſius vici divi Jacobi Sub ſigno Lilii aurei. In fine*: Actuum apoſtolorum liber hic ſuam capit periodum *Parrhiſius quidem exaratus pro Johanne parvo bibliopola. Anno domini M. CCCCC. XVI. Die vero. XXVII. menſis Marcii.* 8.
Bibl. Dilherr.

864. L'Hiſtoire du Saint Greaal, qui eſt le premier livre de la Table-ronde: enſemble la Queſte dudit Saint-Greaal faite par Lancelot, Galaad, Boorf & Perceval, qui eſt le dernier livre de la Table ronde: traduits du latin en françois par Robert Beron ou Boiron. *Paris, Jehan Petit, Galiot Dupré et Michel le Noir MDXVI. fol.*
de la Vall. II. p. 697.

865. Guillermi *Pariſienſis Epiſcopi*, Rhetorica divina, ſive ars oratoria Eloquentiae divinae. *Pariſiis imp. Johannis Parvi MDXVI.* 8.
Bibl. Teller. p. 100,

866. Joannis Berberii Viatorium ſeu directorium iuris ex viſceribus et medullis utriusque iuris excerptum. *Pariſiis expenſis Johannis Petit et Romani Morin MDXVI. die IX. Auguſti.* 8.
Bibl. Schw. iun.

867. Les Fantaiſies de Mere ſotte, par Pierre Gringore, dit mere ſotte. *Paris. Jehan Petit MDXVI.* 4.
de la Vall. II. p. 316.

868.

868. Livre de Reformation pour toutes Religieuſes; par JEAN HENRY Chantre et Chanoine de Paris. *A Paris, Jean Petit MDXVI.* 8.

Bibl. Teller. p. 100.

869. JUDOCUS CLICHTOVAEUS de laudibus Sancti Ludovici et ſanctae Caeciliae virginis et martyris. *Pariſiis in officina Henrici Stephani MDXVI. die X. Januarii.* 4.

Maitt. II. p. 279. *Bibl. Teller. p.* 11.

870. JUDOCI CLICHTOVAEI Elucidatorium eccleſiaſticum, ad officium eccleſiae pertinentia planius exponens: et quatuor libros complectens. Primus: hymnos de tempore et ſanctis — Secundus, nonnulla cantica eccleſiaſtica — Tertius: ea quae ad miſſae pertinent officium — Quartus, proſas quae in ſancti altaris officio ante evangelium dicuntur — *Pariſiis in officina Henrici Stephani chalcographi e regione ſcholae Decretorum etc. In fine:* Abſolutum eſt hoc opus et arte formularia in lucem emiſſum: *Pariſiis in officina Libraria Henrici Stephani, excudendorum Librorum induſtrii et ſeduli opificis, e regione Scholae decretorum habitantis. Anno Domini (quem decet hymnus et laus omnis) decimo ſexto ſupra milleſimum et quingenteſimum, Die vero Aprilis decima nona. fol.*

Maitt. II. p. 282. *Clem. VII. p.* 191.

871. Prognoſtica HIPPOCRATIS, Laurentio Laurentiano Florentino et Guilielmo Copo interpretibus; GALENI Comment. in eadem, Laurentiano interprete. *Pariſiis in officina Henrici Stephani MDXVI. fol.*

Maitt. II. p. 282.

872. PEDACII DIOSCORIDIS *Anazarbei* de medicinali materia libri quinque; de virulentis animalibus, & venenis, cane rabioſo, et eorum notis ac remediis libri quatuor, Joanne Ruellio interprete. *Habetur venale in officina Henrici Stephani e regione Scholae Decretorum. In fine: Impreſſum eſt in praeclariſſimo Parrhiſiorum gymnaſio hoc celeberrimum Opus in Officina Henrici Stephani; abſolutumque octavo Calendas Maias Anno Domini MDXVI. fol.*

Maitt. II. p. 282. *Fabric. Bibl. gr. Harleſ. IV. p.* 696. *Bibl. Roloff. p.* 160. *Thott VII. p.* 52.

873. Decem librorum Moralium ARISTOTELIS tres converſiones, prima Argyropoli, ſecunda Leonardi Aretini, tertia antiqua: *apud Henricum Stephanum Chalcographum e regione ſcholae Decretorum commorantem. In fine:* Haec quarta recognitio typis *abſoluta eſt in officina Henrici Stephani, eiusdem impenſis ſumptibus et diligentia in almo Pariſienſium ſtudio, anno ab incarnatione Domini virtutum* 1516. *die* 20. *menſis Aprilis. fol.*

Maitt. II. p. 284. *Fabric. Bibl. graec. Harleſ. III. p.* 358.

874. Textus de Sphaera JOANNIS DE SACROBOSCO. Cum additione (quantum neceſſarium) adiecta: Novo commentario nuper edito, ad utilitatem ſtudentium philoſophicae Pariſien. Academiae illuſtratus, cum compoſitione Anuli Aſtronomici BONETI *Latenſis* et Geometria EUCLIDIS Megarenſis: *In fine: Impreſſum Pariſiis*

riſiis in officina Henrici Stephani e regione Schole Decretorum ſita. Anno Chriſti ſiderum conditoris 1516. *Decimo die Maii. fol.*

Maitt. II. p. 285. Clem. VIII. p. 148.

875. *Contenta.* EUCLIDIS *Megarenſis* geometricorum Elementorum Libri XV. CAMPANI Galli trans Alpini in eosdem Commentariorum Libri XV. THEONIS Alexandrini Bartholomeo Zamberto Veneto interprete in tredecim priores Commentariorum Libri XIII. HYPSICLIS Alexandrini in duos poſteriores, eodem Bartholomeo Zamberto Veneto interprete Commentariorum Libri II. *Pariſiis Anno MDXVI. (poſtridie Epiphaniae Domini) in officina Henrici Stephani e regione Scholae Decretorum. fol. cum figg.*

Maitt. II. p. 285. Clem. VIII. p. 147. Fabric. Bibl. graec. Harleſ. Vol. IV. p. 530.

876. JACOBI FABRI *Stapulenſis* in Politica ARISTOTELIS introductio Clichtovaei commentario declarata. Oeconomicum XENOPHONTIS Raphaele Volaterrano interprete Latinitate donatum. *Pariſiis ex Officina Henrici Stephani e regione Scholarum Decretorum Viceſima ſecunda die Novembris, Anno domini omnium Gubernatoris et Rectoris decimo ſexto ſupra milleſimum et quingenteſimum. fol.*

Maitt. II. p. 284. Thott VII. p. 44.

877. Moralia JACOBI ALMAIN *Senonenſis emendata à Joanne Maioris Theologiae profeſſore. Pariſiis in Officina Henrici Stephani MDXVI.* 4.

Maitt. II. p. 284. Bibl. Teller. p. 58.

878. Decreti huius pleniſſimum argumentum — Decretum aureum domini GRATIANI cum ſuo apparatu. *MCCCCCXVI. In fine:* In nomine ſancte et individue trinitatis: tripartitum Decreti aurei opus inſigne atque laudabile fideliter elimatum — *finem accepit in alma Pariſienſi achademia, expenſis et opera Johannis petit et Thielmanni Kerver bibliopolarum Pariſienſium. In vico divi Jacobi ſeiunctis hoſpitiis commorantium. Et Johannis Cabiller mercatoris bene meriti Lugduni moram trahentis. Anno ſalutis Milleſimo quingenteſimo XVI. Die XX. menſis Februarii.* 4.

Baumgart. Nachr. IX. p. 32. ſq.

879. Decretales GREGORII NONI cum diviſionibus, ſummariis &c. *impreſſa Pariſiis ſolerti cura Thielmanni Kerver, impreſſoris ac librarii iurati almae univerſitatis Pariſienſis in magno vico Divi Jacobi ad ſignum Cratis commorantis; impenſis vero eiusdem ac honeſtorum virorum Joannis Petit et Johannis Cabiller; anno Dni MCCCCC. XVI. die XI. Auguſti.* 4.

Maitt. Ind. I. p. 457.

880. Die GHETIIDEN van onſer lieuer vrouwen, metten Leuene ons Heeren in figuren ghesneden. *Paris by Thielman Kerver, Duytſche ende Druckerheere* 1516. 8.

Thott VII. p. 242.

881. Alphabetum Hebraicum et Graecum. THEODORI GAZAE introductivae Grammaticae liber primus, ſecundus, tertius, quartus. *Pariſiis apud Aegidium Gourmont. (Haec opuſcula ſeorſim ſingula impreſſa ſunt. Singulorum initio affixa Gour-*

montii inſignia, lemma et nomen; ſed ultimo folii indicium temporis adiectum ſic: Ἐτυπώθη Παρισίοις παρὰ Γουρμοντίῳ ἔτει ἀπὸ τῆς Θεογονίας χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ἕκτῳ καὶ δεκάτῳ σκιρροφοριῶνος ἐνάτῃ ἀπιόντος. *In fronte partis huius quartae legitur: Venundantur pariſiis ab Egidio Gourmont E regione collegii Cameracenſis.)* 4.

Maitt. II. p. 293. Collectio noſtra.

882. Grammatica Chrysolorae. *Pariſiis apud Gilles de Gourmont* 1516. 4.

Thott VII. p. 186. Bolong. Crev. III. a. p. 14.

883. Hugonis Ambertani, *Columgiani*, ſive, celebratiſſimam Franciſci Magni Valeſii in Helvetios victoriam, cantatiſſima Caroli Octavi et Ludovici duodecimi prelia. — nec non ſtrenuiſſimi equitis aurati Comenſis prefecti et religioſiſſimi Anicienſis ecclesie antiſtitis preconia complexe. *Venales habentur apud Egidium Gourmontium in parrhiſiorum Lutetia Anno verbi incarnati ſeſqui milleſimo decimo ſexto feliciter abſoluti.* 8.

Thott VII. p. 35. Halleri Bibl. der Schw. Geſch. T. V. p. 115. ſq. Meuſelii Bibl. Hiſt. Vol. VII. P. II. p. 206.

884. De Poteſtate Papae, & communicatione votorum in redemptionem Captivorum, Tractatus à Petro Ciiar, *Ord. S. Mariae de Mercede, reſtitutus per Petr. Aymerich ejusd. Ordin. Pariſiis per Jo. Gourmont* 1516. 4.

Bibl. Teller. p. 171.

885. L'Epitre du Roy à Hector de Troye, & aucunes autres oeuvres dignes de voir par Jean le Maire. *A Paris pour Geoffroy de Marnef* 1516. 4.

Thott VII. p. 223.

886. Jo. Fr. de Pavinis de officio et poteſtate Capituli ſede vacante. *Pariſiis per Franciſcum Regnault MDXVI.* 4.

Bibl. Teller. p. 218.

887. Le premier — Le Second volume de la Thoiſon d'or compoſé par Reverend Pere en Dieu Guillaume (Fillastre) jadis Eveque de Tournay. auquel, ſous les vertus de magnanimité et juſtice appartenans à l'état de nobleſſe, ſont contenus les hauts, vertueux et magnanimes faits des trés chretiennes Maiſons de France, Bourgogne &c. *In fine Voluminis ſecundi:* Cy fine le ſecond volume de la Thoiſon d'or *imprimé à Paris l'an mil cinq cens et XVI. le XXVII. de Mars pour Francois Regnault marchant libraire demourant en la dicte ville en la rue Sainct Jaques a lenſeigne Sainct Claude aupres de Sainct Yves.* fol.

Maitt. Ind. II. p. 295. de la Vall. III. p. 195.

888. Guillermi Alverni *Pariſienſis Epiſcopi* Opera omnia. *Pariſiis per Franciſcum Regnault MDXVI. fol.*

Thott VII. p. 18. Bolong. Crev. I. p. 129.

889. Opera Joannis de Bassolio, *Doctoris ſubtilis, Scoti fidelis Diſcipuli*, in quatuor Sententiarum libros aurea. *Pariſiis per Franciſcum Regnault MDXVI. fol.*

de la Vall. P. II. Vol. I. p. 101. Bibl. Teller. p. 38.

890.

890. PETRI DE LESBRUDERIS opuſculum de Doctoribus et Privilegiis eorum. *Pariſiis per Franciſcum Regnault MDXVI.* 8.
Bibl. Teller. p. 225.

891. VALLAE Elegantiae linguae latinae, iterum cum tractatu de reciprocatione Sui et Suus, libro in Antonium Raudenſem, et apologo in Poggium. *Pariſiis impreſſum in Bellovisu MDXVI. fol.*
Thott VII. p. 84.

892. Codex legalis imperialis JUSTINIANI cum ſummariis Bartholi, Baldi, Saliceti, Pauli de Caſtro, breviario Joh. Fabri et gloſſis marginalibus. *Pariſiis ab Andr. Boucard impreſſus, impenſis Joh. Petit ad XV. Kalend. Octobris* 1516. 4.
Bibl. Schw. II. p. 293.

893. HENRICI BEBELII opuſcula. (BEBELIANA opuſcula nova et florulenta nec non et adoleſcentiae labores, librique Facetiarum cum multis additionibus luculentis.) *In officina Guillelmi Vivien. In fine: Parrhiſiis ex aedibus Nicolai de Pratis Anno MDXVI.* 4.
Clem. III. p. 8.

894. CAII PLINII SECUNDI *Veronenſis*, Naturalis Hiſtoriae libri XXXVII. diligenti ſtudio ex multorum obſervationibus auctorum in varietate lectionis. Emendatius quam unquam antea *in famigerabili Parhiſiorum lycaeo Impreſſi et fideliter recogniti. Pariſiis per Nicolaum de Pratis M. D. XVI. fol.*
Maitt. II. p. 286. *Catal. Breitkopf. I. p.* 288.

895. CODICIS JUSTINIANI Libri IX. *Parrhiſiis per Andream Boucard ad XV. Kalend. Octobris MDXVI.* 4.
Bibl. Schw. iun.

896. Le Nouveau Monde, & navigations faites par EMERIC DE VESPUCE *Florentin*, des pays & isles nouvellement trouvés, auparavant à nous inconnus. Translaté d'italien en francois par Mathurin du Redouet. *à Paris par Galliot du Pré* 1516. 4.
de la Vall. III. p. 37.

897. Aureus de utraque Poteſtate libellus, Somnium viridarii nuncupatus. *Pariſiis per Galliot du Pré* 1516. 4.
Bibl. Teller. p. 171.

898. Le Temple de bonne renommée, & repos des hommes et femmes illuſtres, trouvé par le Traverſeur des voies perilleuſes (JEAN BOUCHET) *à Paris, pour Galliot du Pré MDXVI. le ſecond jour de Ianvier.* 4.
Bolong. Crev. III. b. p. 59.

899. VALERANDI VARANII *Galli, Doctoris Theologiae Pariſienſis*, de Geſtis Joannae Virginis Francae egregiae bellatricis, Libri quatuor verſu heroico. *Pariſiis per Johannem de Porta* (1516.) 4.
de la Vall. II. p. 135. *Bolong. Crev. III. p.* 198. *Meuſelii Bibl. hiſtor. Vol. VII. P. I. p.* 136.

900. Les Bucoliques de VIRGILE MARON, avec cinq autres Livres par lui compoſés; c'eſt à ſavoir, Virgile du Vergier, & de la la Lectre Pythagoras y grecum; de l'Invention des Muſes; du Chant des Seraines et de Roſe, tous par Rime, *translatés de latin en francois, par Guillaume Michel, dit de Tours*, avec l'expoſition en proſe. *Paris, par Jehan de la Garde* 1516. 4. *cum figg.*
de la Vall. II. p. 88.

901. Les grands Chroniques des geſtes & vertueux faits des Ducs et Princes des pays de Savoye & Piedmond par SIMPHORIEN CHAMPIER. *A Paris par Jean de la Garde MDXVI. fol.*
de la Vall. III. p. 175.

902. CAII PLINII SECUNDI Naturalis Hiſtorie Libri XXXVII. nuper ſtudioſe recogniti, atque impreſſi. Adiectis variis Antonii Sabellici, Raphaelis Volaterani, Beroaldi, Eraſmi, Budei, Longolii annotationibus. *Veneunt Lutetiae in via Jacobaea ſub ſigno enſis. Et in aedibus Reginaldi Chalderii ſub ſigno ſilveſtris hominis. In fine: Impreſſa eſt Lutetiae hec mundi hiſtoria ex diligentiſſima recognitione Beroaldi et Reginaldi Calderii in quorum aedibus venales ſunt libri. Anno a partu Chriſtiparae virginis M. D. XVI. XVI. Calendas Decemb. fol.*
Maitt. Ind. II. p. 156. *Thott VII. p.* 50. *Bibl. Schw. inn.*

903. MISSALE ad conſuetudinem Eccleſiae Pariſienſis. *Pariſiis per Jo. Huguelin* 1516. 8.
Bibl. Teller. p. 211.

904. BREVIARIUM Leonenſis eccleſiae correctum. *Pariſius per Deſid. Maheu* 1516. 8.
Hennings l. c. p. 403.

905. FL. JOSEPHI Hiſtoria, ſub nomine Hegeſippi ab Ambroſio Camaldulenſi latine reddita. *Pariſus* 1516. *fol.*
Catal. Pinell. II. p. 45. *Fabric. Bibl. gr. Harleſ. Vol. V. p.* 29.

906. P. VIRGILII MARONIS Bucolica et Georgica cum commentariis Servii, Probi, Ant. Mancinelli & Jodoci Badii. *Pariſus MDXVI.* 4.
Thott VII. p. 201.

907. Tractatus de inſtitutione ſeu directione ſimplicium Confeſſorum, editus a Fr. ANTONINO, *Ordin. Praedic. Pariſiis* 1516. 4.
Clem. I. p. 283.

908. JO. NIDERI Alphabetum divini amoris. *Pariſiis* 1516. 4.
Bauer. Bibl. libr. rar. III. p. 131.

909. ALBERTI DE SAXONIA ſuper octo Libros Phyſicorum ARISTOTELIS. *Pariſiis* 1516. *fol.*
Clem. I. p. 127.

910. Summula RAYMUNDI cum commentario Joann. Chappuis. *Pariſiis* 1516. 8.
Bibl. P. Nor.

911. THOMAE BRADWARDINI *Archiep. Cantuar.* de quadratura circuli. *Pariſiis* 1516. *fol.*
Hennings l. c. p. 389.

912. Liber JOB ad Hebraicam veritatem reſtitutus duplici verſione Latina, una vulgata, altera ex Hebraeo Auguſtini Juſtiniani. *Pariſiis* 1516. 4.
Maitt. II. p. 277. *Maſch. Bibl. ſacr. Vol. IV. p.* 510.

913. Textus Epiſtolarum OVIDII. PUBLII OVIDII NASONIS Heroidum Epiſtolae — cum Guidonis Morilloni argumentis ſingulis epiſtolarum capitibus praepoſitis. *Praecedit* Epiſtola Guidonis Morilloni ad Franciſc. Campogiraudo *quae data eſt: Ex celebratiſſimo Parrhyſiorum gymnaſio pridie nonas Jullas Anno ab orbe redempto MDXVI.* 8.
Bibl. Hoerner.

914. MAGNI JACOBI *Ord. Erem.* S. *Auguſt.* Sophilogium ſeu opus de inquiſitione divinae ſapientiae diviſum in tres libros. *Pariſiis* 1516. 4.
Oſinger l. c. p. 532.

915. HADRIANI FLORENTII poſtea HADRIANI IV. P. M. Quaeſtiones Quodlibeticae XII. varii argumenti. *Pariſiis* 1516. *fol.*
Val. Andreae Bibl. Belgic. p. 20.

MDXVII.

916. LUDOLPHI *Carthuſienſis* Vita Chriſti. *Pariſiis per Bertholdum Rembolt MDXVII. fol.*
Thott VII. p. 35.

917. BONIFACIUS DE CEVA Tr. de perfectione chriſtiana cum praeclaris imaginibus. *Pariſiis per Bertholdum Rembolt MDXVII.* 4.
Hennings l. c. p. 669.

918. S. BONAVENTURAE Opuſcula quamplurima, quinque tractatibus diverſae editionis in lucem data. *Pariſiis per Bertholdum Rembolt MDXVII.* 4.
Weislinger l. c. p. 32.

919. BIBLIA Gallica gloſſata. *Pariſiis per Antonium Verard MDXVII. fol.*
Maitt. II. p. 296.

920. VALERII MAXIMI dictorum ac factorum memorabilium Libri cum Oliverii Arzignanenſis commentario et Jodoci Badii Aſcenſ. expoſitione. *Inſigne Hopyli — Veneunt Luteciae in aedibus Vuolphangi Hopyl (In quibusdam exemplaribus — Inſigne Johannis Parvi, et — Vaeneunt Lutetiae in aedibus Johannis Parvi ſub ſigno Lilii aurei in via ad divum Jacobum). In fine: Pariſiis anno à Chriſto nato Milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo, Quinto Calendas Aprilis. fol.*
Maitt. II. p. 300. *Thot VII. p.* 119. *Bibl. Schw. iun.*

921. Le Chevalier de la Tour (par GEOFFROY DE LA TOUR-LANDRY) *Paris par Michel le Noir* 1517. 4.
Thott VII. p. 175.

922. L'Hiſtoire et plaiſante Chronique du petit Jean de Saintré, de la jeune Dame des belles Couſines, ſans autre nom nommer, avec l'hiſtoire de Floridan, & de la belle Ellinde, & l'extrait des Chroniques de Flandres. (par ANT. DE LA SALLE) *Paris par Nicol. le Noir* 1517. *fol.*

de la Vall. II. p 640. *Cf. Cl. Meuſelii Bibl. hiſt. Vol. IX. P. II. ubi tres huius libri eaeque Pariſienſes editiones,* 1513. *fol.* 1523. 4. 1528. 8. *excitantur.*

923. Prima pars Grammatice JOANNIS DESPAUTERII *Ninivite* diligentius ab Aſcenſio recognita et impreſſa: in qua nominum ſignificata aut in formatione genitivi: aut in heteroclisi fere explicantur Verborum in preteritis aut anomalia. Compoſitorum in ſimplicibus: ne magnopere indicem expoſtules. *In fine: Finis fauſtus et optatus in edibus Aſcenſianis. Idibus Februariis MDXVII. Calculo Romano.* 4.

Thott VII. p. 194. *Bibl. Dilberr.*

924. Ars verſificatoria JOANNIS DESPAUTERII *Ninivite* diligenter recognita: adiectis compluſculis: et quicquid parum ſpecioſum videbatur eliminato — Praemiſſa Iſagoge Aſcenſiana. Addita eſt Deſpauterii recriminatio in adverſarium. *In fine:* Jo. Badius Lectori S. — *Ex officina noſtra chalcographa ad Idus Martias M. D. XVII. ad calculum Romanum.* 4.

Thott VII. p. 200. *Bibl. Dilberr.*

925. FAUSTI ANDRELINI de Sciolorum Arrogantia Proverbialis Epiſtola. *Venundantur in aedibus Aſcenſianis. Impreſſum in aedib. Aſcenſ. ad Calendas Martias MDXVII.* 4.

Bibl. Schw. inn.

926. HIERONYMI SAVONAROLAE Eruditorium Confeſſorum. *Pariſiis apud Aſcenſium a Joanne Parvo et Aſcenſio decimo Calendas April. MDXVII.* 12.

Maitt. II. p. 298. *Ind. II. p.* 231.

927. HIERONYMI SAVONAROLAE Expoſitio orationis dominicae. *Pariſiis apud Aſcenſium MDXVII. Ad Paſcha.* 12.

Maitt. II. p. 298.

928. MARCI VIGERII *Cardinalis, Ordin. Minor.* Decachordum Chriſtianum — Controverſiaque de inſtrumentis dominice paſſionis. *Pariſiis in Aedibus Jodoci Badii Aſcenſii menſe Junio MDXVII.* 8.

Bibl. Schw. inn. Bibl. Teller. p. 81.

